

JOANNES PAULUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

dilecto Filio **Joanni Vilhelmo López Soro**, hactenus Vicario Generali archidioecesis Chihuahuenssis ibidemque curationi parociae Resurrectionis Domini, electo Episcopo novae dioecesis Cuahremocensis-Mateciensis, salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum providendum sit quidem Cuahremocensi-Mateciensi dioecesi, hoc ipso die per Apostolicam Constitutionem ~ Cum praelatura territorialis ~ conditae atque metropolitanae Sedi Chihuahuenssi suffraganae effectae, tu, dilecte Fili, egregiis dotibus ornatus rerumque pastoralium peritus, videris idoneus ad illam regendam. De consilio igitur Congregationis pro Episcopis, Nostra summa potestate te nominamus Episcopum **Cuahremocensem-Mateciensem**, cunctis tributis iuribus impositisque pariter obligationibus. Permittimus ut episcopalem ordinationem a quolibet catholico Episcopo extra urbem Romam accipias, liturgicis servatis legibus. Antea autem tuum erit catholicae fidei professionem facere atque ius iurandum dare fidelitatis erga Nos et Nostros Successores, teste quovis Episcopo rectae fidei, formulasque adhibitas cito mittere ad Congregationem, quam diximus, usitato more signatas sigilloque munitas. Mandamus praeterea ut hae Litterae in notitiam veniant electi populi tui; quos hortamur ut te libentes accipiant tecumque iugiter coniuncti maneant. Tibi denique, dilecte Fili, deprecante Virgine Maria, superna lectissima poscimus dona, quibus suffultus Cuahremocenses-Matecienses fideles valeas pascere verbo, opere ac, praesertim, suadenti exemplo vitae, memor illius dicti: verba docent, exempla trahunt. Pax et lux Christi sint semper tecum et cum universo clero ac populo istius novae dioecesis Nobis carissimae. Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo decimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo nonagesimo quinto, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

Joannes Paulus

Eugenius Ser. Prot. Apost.

**NOMBRAMIENTO EPISCOPAL DE S.E.R. MONS. JUAN GUILLERMO LÓPEZ SOTO,
I OBISPO DE CUAUHTÉMOC-MADERA**

JUAN PABLO, OBISPO, SIERVO DE LOS SIERVOS DE DIOS

A nuestro amado hijo **JUAN GUILLERMO LÓPEZ SOTO**, actual Vicario General de la Arquidiócesis de Chihuahua y a la vez con el cuidado espiritual de la parroquia de La Resurrección del Señor, elegido Obispo de la nueva Diócesis de Cuauhtémoc-Madera, salud y Bendición Apostólica.

Teniendo que proveer a la diócesis de Cuauhtémoc-Madera, constituida en este mismo día por la Constitución Apostólica *-Como la prelatura territorial...* y sufragánea de la sede metropolitana de Chihuahua, a ti, amado hijo, adornado con brillantes dotes y perito en las cosas pastorales, te vemos como el idóneo para regirla.

Con el consejo de la Congregación para los Obispos, con nuestra potestad te nombramos Obispo de **CUAUHTÉMOC-MADERA**, con todos los derechos y obligaciones.

Permitimos que la ordenación puedas recibirla de cualquier Obispo aun fuera de la ciudad de Roma, observadas las leyes litúrgicas. Sin embargo, antes debes hacer la profesión de fe y el juramento de fidelidad a Nos y Nuestros Sucesores, siendo testigo un Obispo de fe recta, y las fórmulas hechas enviarlas lo más pronto posible a la Congregación, selladas y firmadas por ti y quien fue testigo del juramento.

Mandamos también que estas Letras se den a conocer a tu clero y a tus fieles, a los que exhortamos a que las reciban con alegría y permanezcan muy unidos a ti.

A ti, amado hijo, suplicante con la Virgen María, gran dispensadora de los dones, pedimos que apacientes a los fieles de Cuauhtémoc-Madera con la palabra, las obras y, sobre todo, con el conveniente ejemplo de vida, recordando aquel dicho: las palabras enseñan, los ejemplos arrastran.

La paz y la luz de Cristo siempre estén contigo y con todo el clero y pueblo de la nueva diócesis, querida por nosotros.

Dado en Roma, junto a San Pedro, el día décimo séptimo del mes de noviembre, del año del Señor de mil novecientos noventa y cinco, duodécimo de Nuestro Pontificado.

Juan Pablo II

Eugenio Sevi, Prot. Apost.